



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu
peragi possint

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Dein ante & post Missam prorumpere potes in affectus sequentes.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54780)

sepulchro jacuit. Et per hac omnia peto continuam passionis sacrosanctæ memoriam, veniam pro omnibus meis sensualitatibus, & corporis blandimentis, demum singularem erga sacra quinque vulnera devotionem, in iisque fiduciam usque ad ultimum vita halitum.

Die Dominica.

Offero animarum è limbo liberationem, resurrectionem Redemptoris mei, cum Discipulis ac Apostolis amabilem in splendido ac immortalis corpore conversationem; demum gloriosam in celos ascensionem; & Spiritus sancti super congregatos Discipulos missionem. Et per hac omnia peto constantem à jugo Diaboli liberationem, ex veteri Adâ resurrectionem, novi hominis induitionem; ut dignum fieri merear habitaculum Spiritus sancti.

Omni die subjungitur Oratio Ecclesiæ. Ego volo celebrare Missam, &c. & Oratio Chrysostr. Domine Deus emitte manum tuam de S. habitaculo tuo, & corrobora me ad propositum mysterium tuum, ut citra condemnationem assistam metuendo Altari, & immaculatum Sacrificium peragam.

Dein ante & post Missam prorumpere potes in affectus sequentes.

Adoro te mi Deus, & quia nimis vilis est adoratio mea. Offero tibi adorationes, quas incessanter tibi faciunt sacra Christi humanitas, B. V. & Sancti in Ecclesia in celis triumphante, & in terris militante.

Anno

Amo te mi Deus &c. & amorem meum exiguum
unio cum amore, quo tu te ipsum ab aeterno in aeter-
num amas, quo Christi humanitas, benedicta ejus
Mater, omnes Calites, & omnes in universum viri
sancti ac boni te prosequuntur, & in aeternum pro-
sequuntur.

Doleo de peccatis meis &c. & in vicem imper-
fecti mei doloris offero tibi mi Deus amarum con-
victionem, quam sancti poenitentes David, Petrus,
Magdalena, &c. de suis peccatis habuerunt, dolo-
remque infinitum, quem Christus in horto de pec-
catis nostris habuit; ut ideo ex omnibus venis ad
poria facer ejus sanguis proruperit.

Offero tibi mi Deus in satisfactionem pro pecca-
tis meis opera, labores, ardua objecta. Pudet circa
ea qua passus sum, quod tam parum, & tam im-
perfecte tui causâ aliquid pertulerim. Ut autem
melioem tibi satisfactionem presentare possim,
interpono merita passionis ac mortis Salvatoris mei,
B. M. V. omniumque Sanctorum. Per qua peto,
ne sine condignâ moriar poenitentia.

In unione amoris & intentionis, qua tu te ipsum
mi Christe in ESU in ultima Coena & in Cruce Deo
Patri obtulisti, offero tibi hoc Sacrificium, & in
locum exiguae meae preparationis adjungo carita-
tem, puritatem B. V. Maris tuae, & omnium
Sanctorum.

Da mihi Deus meus fidem vivam, cherubicum
ardorem, reflexionem continuam ad sacrosancta,
qua peracturus sum. mysteria, & à distractione omni
liberationem. Vivaciter mihi imaginor, quod
stem ad montem Calvaria, idem quod ibi cruen-

tum peractum est, facturus Sacrificium. Dein suspirium fiat 1. ad B. V. ut, quemadmodum illa filio suo in Cruce pendenti constanter adstitit, ita & tibi celebranti assistat. 2. Ad omnes SS. Patronos tuos, & Sanctum, cujus festum agitur, ut juvent suam apud Deum intercessionem intentionem & vota tua. 3. Idem petatur ab Angelis Sacrificio adstituris, quod quoque magnam in te reverentiam & attentionem excitare debet.

Post Sacrum.

In recessu ab Altari imaginetur sibi Sacerdos, se vivum esse venerabile, cum intra se Christum habeat. Hinc ne faces ardentes in honorem Venerabilis accendi solite desint. Rogetur Christus & B. Virgo, ut admittant Sacerdotem inter beatos illos amplexus, quibus alter alteri junctus est in primo instanti Dominice Incarnationis. Offerantur simul desideria Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum, & omnium ex novem choris Angelorum; specialiter Angeli Custodis tui, SS. Josephi & Joannis Baptista, aliorumque à te in Patronos electorum & omnium Sanctorum.

Dum vestes Sacerdos exuit, prorumpat in affectus & orationibus, quas ante Sacrum inter induendum recitavit; & mysteriis, quæ per albam, stolam, manipulum, cingulum, casulam significantur, accommodatos. Dum lavat digi-
gitos,